EXCELENTISSIMI PRINCIPIS DVCIS METHIMNÆ Sidoniæ, a cubiculo quondã medico, Iam Hispalensi doctissimo Doctori Antonio Marquez, suus Doctor Luna Vega Medicus Hispalẽsis.

7º

S. P. I.



A PRISCIS ILLIS HEROIBVS GRAECIS (EMINENTISsime vir) celebratum video, veram esse laudem illam, quæ a laudato viro proficiscitur, sic dicẽtem Hectorem introducit Homerus: [a] Aristoteles vero scribitur in templo aram, statuãq; præceptori dicasse, hoc titulo insignitam, aram Aristoteles Platoni dicauit, viro quem nephas est a malis laudari. Vnde ervere possum contemnenda opprobia improborum, nec minus te me ita tuis laudibus honorasse, argumentationibus defendisse, beneficioq; deuinxisse, vt iam non tam meus, quam tuus sim. Si recte pueruli legimus, beneficium accipere libertatem vendere esse, ita vero opportune (quod magnũ facimus maximum rediddit) locutus es, vt nihil amplius expertari poterat, si quidem tempore illo, quo vt Poeta [b] ait.

A *M. Ficinus in vita Plat.*

B *Verg. 2. eneid.*

¶ Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant.

Amor e veritatis quo nimirum ardes, intrepide calamum arripuisti, ijlamq: defendens, tuum rarum ingenium in paruo (quod de illo cælebri pictore qui in lapide annuli septem planetas distincte de pinxit) breui papyro ostendisti maxima enim intellectus dexterirate *Aristotelem imitatus. Hippocratumq;* vreuitatem amplexus, (sic vt illud [c] *Horatij transcendens, breuis esse laboro obscurus fio*) facundiam Galeni perspicuitatemq; sis complexus, meo q; iuditio sic concludis, vt potuis te admirari, quam laudare possim, credimus Baptistæ Ioanni nomen cœlitus inditum isse, referuntq; Gentiles viris sapientibus non casu, sed mysteriose nomina imposita, sic Hippocrates ab Hippo, & crates equorum, domitor, sic Aristoteles, ab Aristo, & teteles, bonus finis est appellatus, quorum hic, veluti regula in natura positus nil aliud agit in naturalibus, & moralibus qnam finem proponere, ac creaturam in creatoris amorem allicere, attrahereq; ille vero morbos curãs, feras vincit, interquos pestilens feræ nomẽ anthonomatice sibi arrogauit; ob quam a barbaris [d] in Græcian proficiscentem, repulsam, honoribus maximis, coronaq; mille aureorum coronatus est, sic tua nomẽ, & cognomen a consilio indita videntur, Antonius enim, nomẽ Romanorum fortis: simorum maxime, si Marcus (vt post ponitur, præponatur) est, sed & si post ponatur, ante omnius, enim quasi ante omnes is es, & eris præterita enim euoluens, credo optimã fore tuam fortunam, neq; enim e memoria excidere duo illi clarissimi medici (quod eo quo dicitur animo, accipiant domini medici Hispalensis exopto alias enim scripsi Hispalim bonarum litterarum esse Emporium) Doctor Franciscus Sanchez ab Oropeza, pijssimus vir, studiosissimus ac consumatus medicus, nec minor præceptor cõmunis Doctor ille Petrus de Peramato cui si successisti, illi inquam viri, quorum vestigia secutus es, post multorum annorum spatium in salutis Principum vigilijs insumptum aulicæ vitæ longum vale dicentes, Hispalim Met rapolin venerunt, vbi rerum medicarum loris obtentis, imperarunt sic & ego tibi congratu lori, litteræ enim tuæ breue primoribus vrbis ciuibus, deinde omnibus innotescent. Marquesetiam appellaris, siue enim principum titulum considerem iure optimo tibi conuenit, tum obid quod sicuti inter reipublicæ viros alij alios longo interuallo relinquentes, principes, Marchionesq; sunt, sic etiam inter alios huius artis professores Marques, & Marchio est appellandus, eo maxime quod Mecenatum, Marchionum, Regumq; munus est studiosos, honestos, litteratosq, viros defendere, si enim non essent ij tutellares, in vidi, vagabundiq; illos absumerent, Marchionis ergo titulus ediametro conuenit, siue cognomen a Marco de ductum fuerit, scio enim Marcorum esse antiquissimam, nobilissimamq; familiam, ac eius stemmata insignissima acgnosco, quemadmodum ergo Monitæ, pondera Mẽsuræq; ni regio sigillo Marcoue sigillentur, & Marcentur, furtiua iudicantur, damnaturq;, cõtra vero sigillata approbantur, liberæ vbicumq; apparent, sic etiam quæ doctissime Marquez, artis nostræ censor, ac iudex su premus qualificas, & sicut terra lemnia vt esset æstimationis maximę a e SacerdoteDianæ sigillabatur, reliqua erat suspecta, sic mea scripta ab Appollinis sacerdote sigillata remanent, tu enim ingenij admirabilis gemma & sigillo ita adornas vt duratura non dubitem, sed ne in tuarum laudum occeano obruar, vnicum certum facio, hoc beneficium non marmore sed memoreæ scripturum. Pollicitus eram ostẽsurum opusculum quod dam admemissum, esse aggregatum errorum, promissiq; memor ad rem descendo, hoc vero tibi dico (meliora exoptans) grati tudinis ergo, tum etiam quia de cætero me tuis armis, Acchileis fortioribus, valde munitũ existimo, vale.

C *Horat in art. poet.*

D *Lib. Epist. in decreto Atheniensium.*

E *9. simpl. dedifferentijs passim nominatæ terræ.*

A Petita

Petita prius ab amicis venia (quibus ex communi sentientibus quibusdam coniecturis silentio dignis adductis, hospitem non fuisse opusculi informis auctorem, non acquieueram) dicā prius me repenitius inspecta existimare vel auctorem conclusionum illud fecisse, vel hospitem in conclusionibus partem nō paruā habuisse, quod præter alia mox attingenda, ex initijs facile est colligere, quæ mutata forma vnum sunt, nam auctor conclusionum primam post epistolam statuit, dicens, tertianā & quamuis aliam intermittentē posse esse pestilentem: auctor vero opusculi post principium ait, quod quidem nos certos facit de infinitis tertianis intermittentibus ingenti malignitate &c. Auctor conclusionū in. 2. asserit, primam & secundam quæstiones esse superfluas, qui vero opusculū fecit. 2. etiam periodo ait, famulas suus auctor appellat, sinistre admodum appositæ fuere, differunt vero Auctores, quod vnus nil, alter nihil probat, quisquis autem sit optimum sui ingenij specimen dedit, relicta difficultate, aprehensis ramis. Quum vero ex probatis centum erroribus, totidemq; denuo probandis, omnibusq; nō materiā probabilem concornētibus, nec inijs quæ problematice defendi possunt, difficultatibus, sed principia phisica & medica absq; philosophia. & medicina lædentibus, esset comprehensus, hic primus satis superq; erat.

Si scas cū Geleno possedare morbos acutos lethalissimos absq; etiam febre.

Error primus
F
1. contrad.
tract. 4. 17.
G

Quæ fiuit. 2. quæstionē & si superfluā fassus, inuentāq; apud Cardanum, [f] nullo facto discrimine affirmatiuæ partis anegatiua, vtilis ab inutili, totam ad litteram transtulit totamq; Tipis mandauit, *a Verbo, morbus acutus, vsq; ad verba, hæc adduxerunt.* Ex quo inaudito scholasticiq; indigno (qui volenti legere Cardanū patebit) colligere candidus lector, an qui hæc admittit, sciat reprobare malum, & eligere bonum, ipse vero caueat.

Horati in epist.
2

Ne g si forte suas repetitum venerit olim.
Grex auium plumas, moueat Cornicularisum
Furtiuis nudata coloribus.

H
3. Epid. 3. tx. & conc. 25.
345.

Ais enim quod pestilens sunt acuti, sid isti possunt venire citra febrem cum Galeno.

Hic nullam elicit conclusionem, ego vero totum concedo, fateorq; Hepp.[h] & Galenum non Cardanum hoc docuisse, sed passio, seu mala affectio eum obcæcauit.

Rursus si pestilens morbus febrem nescessario postularet, esset febris ipsa pestilens morbus.

I
1. Chris. 3. 1. aph. & vbiq.
K
4. aph. tx. & conc. 55.
L
7. aph. 43.
M

Ex ista propositione oppositum sequitur. 1. Pleuritis, [i] & aliæ multæ ægritudines nescessario postulant febrē, non tamē febres, ipsi sunt morbi (non nego pestilētes febres quādoq; esse morbos) examinatur modo ista propositio, in quē sensum dicebat Hipp.[k] ex Adenum tumoribus febres omnes malę præter diarias. Quam sic explicat Gal. Alij vero tumores inguinum qui sine causa manifesta consistunt, fit verisimile ex viscerū inflammationibus fieri, atq; ideo febres quæ vna cum ipsis eueniunt malas esse. Hactenus ille qui vbiq; docet febres quæ secuntur, non dici morbos, præcipue per hæc verba. [l] verum tales morbos aut laterum inflāmationes, aut pulmonis, aut hæpatis, aut lyenis, antiqui nominabāt, volentes febrem nō esse morbum ipsum, sed casum morbi. 2. Methodus[m] pro nobis stat, iubet enim vt Bubones, carbcūulos que respiciamus, ipsisq; curam instituamus.

Artri medicæ principiū causā prius.
N
12. Meth. c. 1 6. 7.

Cessanteq; sic inflammatione quæ febris est causa, hæc cessat, atq; euanescit. 3. cum veluti sympthomaticæ[n] sint febres, effectus sunt ipsorum morborum, non vere morbi ipsi.

Cardanus promittit intermittentes esse pestilentis, possēq; pestem contrahere vsus est Poetæ [o] consilio dicentis.

Promittas facile, quid enim promittere lædit,
promissis diues quilibet esse postest.

O
Ouidio in arte. a.
Verg. 6. Eneides.

Hic attendat candidus lector, apparet. 3. conc. tamen non stat promissis Cardanus probaui meo labore tum ratione tū auctoritate omnium medicorū (quibusdam demptis nō probantibus) pestilentes tantum esse cōtinuas, contrariū non potest probari, ac proinde imprimis circa hanc partem cum demonstratione probatam, manus victas dare oportet, sicq; erroribus ignoscam, Romanorumq; more agam, quorum erat.

Parcere subiectis, & debellare superbos.

P
Lib. de peste.
8. 9. 10. 11.
Q
Ar. vbiq. 1. Topi.

2. Si contra here pestē intermittentes intelligit Cardanus, quod nō credo (vt auctor opusculi sepe repetit) sic vt dirimatur contractus, post horas paroxismi, non est audiendus, si vero quod remaneant pestilentes, ex [p] Iouberto adduxi, cuius verba modo addam, asserit primū intermittentem pestilentem esse nō posse, & statim, verum intermittens potest in pestilentem cōmutari, sic vt interpolata nō maneat. 3. sensus non potest negari, quando (quod nō raro medici tenentes esse intermittentes vere, & continuas, autor enim nullum reperit discrimē) intermittens mutatur in continuam, remanet ne cōtinua, an post. 12. horas dirimitur contractus? cogetur tamen fateri putridinēmalignam esse minus noxiam cordi. Quod nullus medicus audebit dicere.

Nam hic est bonus doctrinæ processus semper a bona diuisione sermones pro ferre.

R
Toledo & alij 1. sum. c. 1
S
2. Sum. c. 4.
T
Artis med. præmio.
V
Hiere. in. cōc.

Primo hæc scribenti nulla sunt vniuoca, sed omnia æquinoca, quæ potius esse diuidenda quam definienda Arist. q docet. 2. ignorat modum sciendi quem triplicem esse ex Arist summulistæ sciunt (ac nonulli e [r] Auctoribus a modo scendi, non a terminis incipiūt) unde doctissimus frater [s] Dominicus de Soto, sic explicat. Duplici via (ait) possumus aliquid docere vno modo illud quod ignotū est explicādo, per aliquid notius, & illud fit definitione, & diuisione, secūdo illud quod est dubiū ꝑsuadēdo ꝑ aliquod certius, & illud fit argumētatione, hæc Soto. 3. deprehenditur etiā ignarus initij artis medicæ, inquo Gal. sic, tres sunt omnes doctrinæ ordines. l. modi prima quidē ex notione finis, quæ ꝑ resolutionē fit, secūda ex cōpositione constat eorū, quæ per resolutionē fuerint inuēta, tertia ex definitionis dissolutione, cui nūc incūbimus. Hactenus Gal. quē acutissimus Hieremias[u] Brachelius enarrans ait, recte ergo Gal. has tres ab inuicem distinxit, & rationabiliter diuisiuam omisit, nemo enim commode a diuisione exorditur, sed prius ipsam rem quam partitur,

tur, definitione anticipat, proinde diuisio potestate quadam in definitione comprehéditur, hæc Brachelius nostras vero x Doctor Vallesius sic aggredtur vero Gal. diuisionem non præmissa definitione, quia cum res de qua agitur nota satis est ex ipso nomine, frustra quæritur definitio quippe quæ nihil perspicuitatis præstat doctrinæ, & potest sermonem remorari excitatis cótrouersijs. 4. nec arabum principem y vidit, qui sic incipit, dico quod medicina est scientia qua humani corporis dispositiones &c. Sicut etiam Gal. ad initia citati libri, non ergo semper a diuisione, ne dicam vnquam &c. X D. fr. Valles. 1. dediff. feb. c. 1. Y Auic. Fen. 11. doct. 1.

Diuisio quidem ex bona dialectica dignior est omni definitione & demonstratione.

Diuisio est oratio z imperfecta sic q; nullam dignitatem habet. 1. 2. quando haberet nec conferenda quidem cum demonstratione, quæ est syllogismus faciés scire, & quid perfectius, vt statim. 12. 13. Z 2. sum. c. 3 & Arist.

Ist hæc enim ab illa tanquam a primor dia ea quæ sunt recipiunt.

1. Immo vero (si hoc ita haberet) motus a specificatur a termino ad quem, non a primor dia, vel a quo 2. finis est cuius gratia omnia fiunt sic q; anima quæ corporis est causa finalis, dignior est. 3. idem Arist. finem nobiliorem esse docet, quod. 4. euidentissime probatur, videlicet quia cæteri libri logicæ propter libros de posteriori resolutione fuerint compositi, vnde colligitur demonstrationé esse dignissimam, circa quod idem frater b Dominicvs de Soro (sicut & omnes post Arist. in hunc vsq; diem) scripsit, quo fit vt inter libros dialecticæ vniuersos iste sit materia, & obiecto dignissimus, nam simplicium apprehensio, atq; enuntiatio ad Syllogismos ordinantur, & inter syllogismos ille qui generat scientiam, præstátissimus est. 14. 15. 16. 17 A 3. phij. 2. de ani. lib. methaph. & vbiq;.

Hac enim ratione sequitur tanti faciat Gal. illustrem virum Mnesiptheum. B 1. post. initio.

Homo Doctus Deus docto: in docto lupus, Gal. vt doctus ita gratus, quia in symbolis facilis est transitus, maximi facit virum doctum illum & quemlibet alium, parabolanos vero, & pseudomodicos ad rauim vsq; persecutus est, in quos extant huius rei monumenta, c quod ego deo fauente ago, agam q; sic q; me in dignum propria virtute, & præceptorum amore Hispalenses Galeni, in suo numero accipiunt, incepienim a supremo genero, atq; ad infimam speciem descendi vna hyrundo non facit ver. 18. C Aduersus lycú Iulianum & innumeros

Imprimis non diuisisti nisi praue, confuse, ac indistincte morbos acutos.

Viri graues concertantes (nec enim hoc nouum est) verbis blandiuntur, & laudant, argumentis quantum possunt, vrgent, ille contra verbis conatur vrgere, quæ in illo cudentur, argumentis (si aliquod est argumentum) vel insomnijs blanditur, sed ad rem, si diuisi, quomodo non diuisi, si non diuisi, quomodo diuisi? *respondet praue &c. non*, me Hippocratem d diuisisse (ac proinde apprime) ex eodem ostendi dicente, & quicumq; alij hos consecuntur, quorum febres prorsus cótinuæ interficiunt. 19. D 1. Acut. 8. et alijs in locis.

Non erat necesse quod solæ continuæ fuissent pestilentes.

Hic se ostendit. 4. conclusionú propositio, pro qua accipiet nouum locum, ex quo discrimen tertianæ a maligna, ne de cætero similem nedicam malignam audeat dicere, e Gal ergo post quam Tertianæ accessionem eleganter depinxisset, ad finem ait, quiq; veluti quoddam cum vapore efferatur, Paulo post a manu superatur, non vti in febribus malignis adurentibus accidit cótra enim illæ grauiores ac molestiores quãto diutius perdurant, apparent hæc Gal. Vbi opponit tertianam malignis, exquisitam inquam. 20. E 2. Cris. c. 3.

Apoplexia & squinancia sunt ex acutis non valde.

Frequenter pro affirmatiua & negatiua tradducit controuersiam, sicq; mihi applaudere significat, quasi ego ex professo (vt ille) de acutie tertianæ egerim, apoplexiæ duplicis meminit f Hipp. fortis & debilis, hæc non erit ex acutis valde similiter idem Vir. g Anginæ meminit prima, secunda & tertia enecantis, alterius etiam diuturnioris, quam sic interpretatur Gal. quod si pituitosus interdum tumor infestet, celerrime discutitvr, nec vllo pacto acutus hic morbus. 21. F 2. aph. 42. G 3. pergnoct. 18. tx. & 20. conc.

Et quia non turgeat anima tua apprehendens doctrinam

His & similibus rationú & probationum vice vtitur, ad rem vero accedens hic mutilatum adducit lupeum, h virum in Gal. Versatissimum qui pro me, immo pro veritate hæc scripsit, tertianas febres numerat inter morbos acutos, non quidem sumit morbum acutum vt prisci auctores, qui vt auctor est Hipp. in primo de victu acutorum dicebant, non esse morbum acutum citra febrem continuam, hæc lupeius, quem & omnes alios mutilauit. 22. H 4 aph. 59.

Nam tunc morbi illi cum magnitudine & acuitate sunt qui breuiter terminatur.

Hic. 7. propositio pullulat Donato imposita, cuius honos iam a me restitutus est Hipp. tamen a phoristica i senté̃tia (littera enim illum occidit) intelligenda est de. 14. diebus vehementiæ, acutiej, continuitatisq; sic enim Gal. multi enim leues ac parui circa primos dies existentes. 3. aut. 5. continui vehementes, & acuti fieri incipientes ad. 17. terminarunt, hæc Gal. quod autem hæc non possint euenire tertianæ cæci videant. 23. I 2. aph. 23. tx. & com.

Hipp. dixit acuti morbi in. 14. diebus iudicantur, sic suos absoluit dies tertiana ergo est morbus magnus acutus. 24 25.

Quis talia argumenta legendo temperet a lachrymis, prærisu tamen concitatis. 1. ex his præmissis non potest in ferri magnus. 2. nec tertiana absoluit suos k. 14. dies sepius enim finitur non expectato. 14. K 4. aph. tx. & conc. 59.

Proinde dicebat Gal. ad pulsuum ex actissimam, & absolutissimam cognitionem requiri tota humana vita.

Nimirum sic audiuit nequaquam vero legit Gal. sic dicentem, nam rerum eum sit ea obscuritas vt si vel in triplum vita nostra prorrogetur, non tamen quidé nos exacte omnia cognoscamus, si non ax acte quomodo exactissime & absolutissime, si triplum vitæ quomodo humana vita? 26. 27. L 3. de presag. expul. c. 1.

Iacobus Esteue ait, cum enim acutorum ratio ex duobus sumatur ex motus nimirum celeritate.

Immo eodem loco ijsdemq; verbis m Esteue pro me stat, docens enim autumno fieri acutissimos, lethalissimosq; morbos inquit. Acutissimæ vocatæ sunt ægritudines, non quidem tanquam ad motus celeritatem spectaret, sed ad ipsarum malignitatem ac nequitiam, hæc Esteue quibus cum tertiana nihil. 28. M. 2. Epid. 1. enarr. 7.

Sitim, inquietudinem, insomniam, & de lyria.

29. 30. 31. Primo ex siti & inquietudine tertianarium perire nō vidi, sua enim occasione potus exhibetur, & vtinam
N nō ita copiosus: transactaq; accesione quies cūt. 2. hæc symptohmata non numerantur inter attrahentia cu
In vigere. 2. ratione ad se vt vigilia, *o* & de lyrium, quæ in tertianis accidunt p præter fluente bile venas in cerebro, vel
Chris.c. 3. in *p* meningibus sitas, cessant q; cessante accessione. Si vero incipiens per consensum per primogeneam
O affectionē fiat, erit iam phrenitis, de cuius ratione & definitione est de lyrium *q* perpetuum cum febre per
12. Meth.c. 1 petua, nec erit tertiana, & si esset (dando gratis) tertiana, cum qua aliquod ex prædictis sympthoma ægrū
P enecat, non proinde a. 3. errore liberabitur, essentialissima enim prima quæstiuncula nō excludit pericu-
1. Epid. 2. ena lum ab intermittentibus, si aliquod superueniat simpthoma, quod hoc inferat.
rrat. 14. *Nempe cum bilis pura vehementis sit caliditatis.*
Q Dixi in hanc, libet tamen *r* Antonij Valeti conceptum in dictorum confirmationem scribere, in natu-
Gal. frequē- ris (inquit) quantumuis biliosis victus ratio, aut vitæinstitutū, aut quidpiam simile generandæ pituitæ ac-
ter. commodatum occurrit semper, quod tertianam ex sola bile fieri prohibet ex Gal. 2. de diff. feb. c. 3.
32. *Omnis actio naturalit præsertim concectix corrupta & diminuta sit est necesse, vel deprauata.*
R Errat primo quia actiones deprauantur *s* a calore, cum igitur de læsione caloris præter naturalis sit illi
In Holl. c. de sermo deprauari, dicere erat satis, non vero diminui, quod accedit a frigore. 2. corruptio & deprauatio ei-
tertiana. dem rei, vel sympthomati concidunt. 3. conuincitur nescire modos læsionum actionum, quos volens enu-
33. 34. 35. merare non assecutus est.
S *Nam tunc mala qualitas permanens augeatur quantitas est necesse.*
Vbiq; docent Multi sunt qui inter vulgares, philosophosq; se esse maximos medicos, intermedicos vero, maximos phi
auctores. losophos iactant, an vt suam ignorantiam aperiant, cooperiant ve problema sit, quorum vnus auctor opus
36. culi est, quem ex hoc errore facile est cognoscere, probare intendebat ob caliditatem in mēbris tertianarij
T post accesionem relictam (quam ille febrem vult) deprauate fieri coctionem, ex caliditate igitur phisica se
2. aph. conc. transtulit ad medicam *t*, dicens, *nam tunc mala qualitas, &c.* Qui locus est de qualitate idest de humorum vi
10. tio, caceochimia videlicet, cui debetur ex purgatio, quæ teste Gal. est *u* humorum sua qualitate peccan-
V tium euacuatio.
1. aph. con. 2. *Nec importat sit incensilis siue imperceptibilis in medici cognitionem.*
37. Hic nimirum intelligit Gal. medicinæ conditoremfuisse aliquem imperitum, sic etiam Auicenā, & alios
X qui ex sensibili lesione *x* morbum iudicant, nec sine ratione, cogniotio enim *y* nostra incipit a sensu, si
Sic omnes non sentitur quomodo cognoscetur.
morbum desi *Inde philosophia docet facilius esse destruere quam construere.*
niunt. Immo ipse opere monstrat facilius esse destruere medicinam quā cōstruere *z* Politiores tamen litte-
Y ras profitentes sciunt maiorem gloriam comparari defendendo, quam accusando, philosophi etiam maius
Ex Arist. 38 ingeniū respondentis, quam arguentis ad palestram litteriam exigi qui ergo voluerit suum ostendere, sic
Z præstabit, si sit idoneus vt ad finem.
Quintilianus *Quare non est dicendum reparantur viris in intermittentibus vt obustio proponit durante morbo.*
39. 40. 41. Ille irretitus proponit, & conatur respondere huic tacendæ, non tacitæ obiectioni. 1. vocem ignorat. 2.
A quæ corpora reparatione, vel refectione indigeant græcis analeptice, quæ neutris conualescentiæ debe-
Ab Trasyb. tur, *a* non ęgrotantibus. 3. in acutis vero idem *b* Gal. ait parum debilitatas conseruare, reddens vero ratio
& multis in nē dicit, nā si eas tales quales accepimus properemus inistis seruare. l. augere semper addemus ad morbū.
locis. *Et tunc si intima petat vt est possibile, & colligitur ex vomitibus & seccessibus succedentibus.*
B *Licet hoc ita contingat, & interimat, notierit febris pestilens, qualiter contingat perire ex tertianis nō semel dixi.*
1. aph. cōc. 4. *Hipp. dixit Erisypelas ab extra ad intus conuerti malū, igitur si cod interiora ex extimis.*
42. Aphorismus *c* est pro tertiana, si enim exitus bilis, vel cuiuscumq; humoris ad extima, fugat periculum,
43. in intermittentibus procul aberit, in quibus sic semper fiunt accesiones.
C *At in cauitate cordis cum non sit sensut ex Gal. potest continere materiam longo tempore.*
5. aph. 25. Hic attingit. 6. propositionem dicens non ratione nobilitatis aut ignobilitatis, sed. 1. auctor de renū affe
44. 45. ctiuum, &c. Citra controuersiam non est Gal. 2. qui credit in cauitate cor nō sentire, cor nō animalis partē
D *d* primam, sed plantam vult, immo in via *e* Aristotelis cor est sensus principium.
Anima per *Si sic est quod cor ex consensu medicorum non patitur cōtinui solutionem.*
sensum tac- Imprimis loquitur vt non medicus, vnde locum habet illud Horatij celebre Carmen.
tus constituit Quod medicorum est promittant medici tractent fabrilia febrilia fabri,
ar. 2. de an. 2. Solem esse negabit, qui ex euidentibus præceptum negat, *g* Gal. ergo euoluendo illo artificioso
E vtilissimoq; libro quo multadocet præcipue ea quæ attinnent ad indicationum doctrinam, sic inquit, qua-
Eodem loco. re cognoscens absq; membri huius actione, vtilitateq; ab ipso subministrata corpori animal super esse nō
46. 47. posse, rationeq; ea quæ in euidentibus inuenit, colligens hoc præceptum constituit, quicumq; in corde sau
F ciatur, morietur.
In art. post. *Oquot tertianas vidimus in primo insultu labir linguā & palatum aphtrre non mirum ist hæc cor ipsum destruāt*
G *vel aliquod præcipuum.*
De opt. 5. ad Hoc est fortissimum argumentū a suis locis dialecticis ab imbecilliori tamen, *g* si enim cutis & extre-
Trasyb. ca. 4. ma ab intimis recipiunt, cur non intima ab extimis? quia coguntur recipere.
48. *At de turgentibus nihil timetur nisi decubitus super membra principalia.*
49. 50. Iā dixi alia timeri, quæ hac serie recenset *h* Gal. prius videlicet quam robur corporis dissoluatur, vel fe-
H bris caliditas augeatur, aut ad aliquod membtum principale decūbātij, qui per corpus vagātur humores.
4. aph. 10. cō. *Si ad sui exercitionem mutet materia.*
51. Idem

Idem est dicere materiam esse turgentem, ac inuitātem ad sui excretionem, loquendo de turgentibus,
ob id enim quia turget humor inuitat, quod & Gal. i nos docuit dicens, nisi sua sponte concitata id expe I
tant, hoc est nisi motus ad excretionem nos incitet vnde auctor nugationem admittit. *8. secund. lo.*
Igitur si purgare conuenit in ijs quibus aliquis humor turget, &c. *c.3.*
Non turgere humores in tertiana dixi, ratio est, quia turgentes dicuntur & sunt, qui ad certum locum 52.
non mouentur, sic enim Gal. qui nondum firmam aliquam inclinationem, ac stationem ad vnam partem ha *8. secund. loc.*
bent, hæc Gal. at tertiana & quælibet intermittens ex eodē habent inclinationem, ac feruntur ad corporis *c.3.*
habitum, ergo non turget humor in tertiana, &c.
Talis est tertiana exquisita in sua vltima qualitate. 53. 54. 55.
Tunc ex his quæ secuntur, tum ex postea dicendis mihi persuadeo hunc doctorem nondum intellexisse
quid sit febris pestilens, non enim constituitur in esse pestilentis per ingentem calorem. 1. enim sic, omnis *De consult.*
febris ardens pestilens esset, 2. qui hæc asserit nihil est versatus in libris medicorum fere omnes pestilentes *rat. c.7.*
esse lenes, tepidas scribentium. 3. vt sciat leget argenterium sic docentem quemadmodum (ait) febres pes
tilentes non solum in febre & temperie vitium habēt, sed etiam in tota substantia, quod docent medica-
menta illis accommodata, quæ non tam refrigerando, & humectando, quam quod vniuersa substantia re
pugnent, illis medentur, ex quo fit vt duplex quoq; in illis sit affectus febris scilicet, & morbus in tota sub-
stantia.
Ingentissimas numero tertianas exquisitas hisce tempestabus nostris vidimus.
Citius (vt tenet prouerbium) deprehenditur mendax, quam Claudus hospes non ad fuit nostris tempes 56.
tatibus, fatendum verum ingenue, cadent errores notati, & si qui supersunt super auctorem, sed ad rem fe K
bris cui superuenit conuulsio acuta, & lethalis censetur a Gale. K *2. aph. cont.*
Responde quot sunt continuæ biliosæ quæ in discursu multorum dierum nefaciant, nec monebunt periculum quod 26.
exquisita tertiana in primis suis insultibus. 57. 58. 59.
Respondebo ex Hipp. l nullæ. 1. nam vbi morbus peracutus est statim extremos habet labores, at febris L
ardens est huiusmodi ergo, 2. quia eodem m teste circa initia & fines omnia imbecilliora, & Gal. dicente, *1. aph. 7.*
Accesiones videlicet febrium, vnde tertiana non in primis suis insultibus mouet periculum. 3. turpissime M
errat volens iam continuam esse securam, vel continua esse magis periculosam intermittentem, quæ ex *2. aph. 3. tx.*
consensu omnium medicorum periculo caret. *& cont.*
Igitur in isto casu tertianæ febris magnus quidem est morbus. 60.
Ipse sibi respondet dicens morbum n magnum accipi, vel in se, vel facta ad vires comparatione, vt hic N
interimat non est opus malignitate. *De totius in*
Malignus morbus spem salutis adimit, Iulius in acutis intelligit, non vero adimit in vlceribus. *temporibus.*
Quidquid Iulius malignitas o comprehendit etiam cronicos quorum multi cum vlceribus, vel sine illis 61.
spem salutis adimunt, Elephantiasis enim facta insania, aliaq; vlcera male morata Phagedenica sunt exem
plum. O
Vox illa genera alia sonet multarum collectionem febrium descendentium ab vno principio maligno. *De bono &*
Ille tres generis acceptiones a Porphirio p & interpretibus distinctas confundit prima enim & secunda *in succe.*
habent affinitatem cum genere logico, de quo loquitur Hippocrates, quo vtuntur philosophi, quod videli 62. 63.
cet. 3. modo accipitur pro eo cui supponitur species, vt pestis cui multæ species supponuntur dicente P
Hippo. ex qualibet specie morborum quos recensuimus, complures ægrotabant, & moriebantur, itaq; hic *c. de genere.*
vtitur Hipp. 3. acceptione generis. 2. si dicit Hipp. alia genera, cum genus sit ad speciem, sunt alia genera, er Q
go aliæ especies ergo aliæ differentiæ per quas cōtrahuntur, hæ sunt intermittens & continua, recte ergo *3. Epid. 3.*
dixit Hippocrates, alia r genera tertianarum quartanarum &c. Vnde nec collectionem, cum non sit vnum *sepecitato.* R
principium, hic intelligi posse ex dictis constat. *3. Epid. 3.* 64
Vnde si vox deterrima imponitur per Gal. præ cæteris febribus. 64.
Audita est similis huic ignorantia fatetur Gal. imposuisse nomē (quod esse falsum palam est) deterri-
mum, & statim quid obstat obsecro sub nomine & voce deterrima comprehendamus ex Gal. &c. Asserit e-
tiam Zoarem deterioris nomine vsum, Græcum, Arabicum, & Latinos intelligit vnica voce. 1. quod si vox S
deterrima aliquid emolunti afferre potest, aptior mihi locus est, quo excluduntur ab Hipp. tertianæ dicen *3. perg. 2.*
tes de s terrimæ vero ac signis astligentes difficillimis. 4. die aut citius interimunt, quæ sententia procul
dubio de pestilentibus explicatur.
Malignam Pestilentem comprehendamus ex Gal. posse dari tertianam.
Hic contradicit & propositioni, si enim maligna & pestilens qualitas ex illius sententia formaliter diffe- 65.
runt, quomodo vult tertianam malignam pestilentē postea autem iterum admittit.
Quare danda eric tertiana pestilens & lethalis maxime si constitutio.
Post quam Gal. t asseruit nullum inditium ab Hipp. scriptum tale vt etiam vulgaribus esset notum, ad
didit, & si libet his etiam id quod consueuit Archigenes scribere, propter lapideos istos medicos adde, sic 66.
vt presens constitutio, vel tempestas multas tertianas populariter fecerit. T
Quilibet morbus qui natura sua sit degener a peste pestilens efficitur, & vi pestis esinitur. *2. cris. 3.*
Si auctori opusculi (vt modo dicebam) maligna & pestilens qualitas formaliter differunt, a fortiori pesti 67.
lens quilibet morbus, & tertiana, de finet esse tertiana, factaq; pestilens noua introducta forma pestilentis V
continua remanebit, u mutari enim a tertiana in pestilentem, id est a benigna in malignam, ab in termit- *ar. 1. de gene*
tenti in continuam, & qui escere idest remanere, vt antea, dissonat naturalibus rationibus, dum nondum *rat. c. 2.*
concludit me haud sufficienter pestilentes tantum esse continuas probasse.

Incipiat ebullire humidum putredinale, & demus quod istud sit pesti infestum.

68. Mihi non est dubium hunc Doctorem ad huc non capere febrem pestilentem, quod ex varietate huius sermonis colligo. Iam enim inquit intermittentem posse pestem contrahere, & statim, intermittentes etiã pesti adiunctæ est possibile tam ex si quam expecti gemina causa, ait præterea, si pestis per se hoc periculũ facit, multo præstantius illud operabitur tertianæ febri, & eius duodecim horis febricitantibus ad hærens, addit in super, quo magis si tali suæ qualitati, altera pestilens ad hæreat, amplius dicit, consequens est potius est in ipsa tertiana sed eat venenum pestiferum, & tandem si causa maligna, vel pestilens sit coniũcta illi intermittenti, istæ sunt philosophi propositiones: his terminis aguntur mutationes, vel alterationes, quales fieri, vel nullo præcedente morbo, vel benigno in pestilentem & malignum mutato: hæc sunt quæ me mouent credam nondum intellexisse auctorem opusculi quid sit pestis nec quid febris pestilens (credit enim aerem infectum pestem esse, sicq; ad iungi, ad hærere & alia dicit tertianæ) Vnde non dubitat concedere tertianam pestilentem.

Ante verbũ circum dat.

Cicum dat nos circulo quodam hoc est motu continuo quod non habet principium nec finem.

69. X Circuitus ad *x* integritatem deuenire in intermittentibus in quibus illi considerãtur si docet vera medicina, ex illis est vnum, auctor vero apertissime concipit & assimilat circuitum, motui perpetuo circulari cœli, ex quo ad circuitum argumentatur.

Est Gal. vbiq;

70. *Quid obstabit quin disponent crudeliter pro fortissima impressione insultus futuri.*

Hæc propositio est eadem cum prima parte conc. 18. asserentis pestem posse seruare tertianæ circuitus, quod placitum refutatum est, nunc vero aduertẽdum id quod disponit ad pestem aerem infectum esse (quem ipse significat pestem esse, non vero morbũ, de quo nonulla ad calcem huius tractatus) quod magis disponitur *y* in pestilenti Hectica est corpus ipsum cordis, in putrida vero pestilenti magis humores in finibus cordis contenti, vtrumq; attingit, disponit & quandoq; vincit aer pestilens cõmittit continua, acutissimam, quare qui dicunt esse intermittentem pestilentem, dicunt verba cantionum.

Y *3. de præsag. ex pulf. c. 3.*

Sed contra tuam versionem iam supra multa retuliamus.

71. Nescit quid versio, nec quid vertere significat ait enim me male vertisse, promititq; vertere suo salutari modo, ac si e græco in latinum sermonem esset interpretandum, & quod peius est explicans verbũ deterrimum ait, *quod vertens Trebellius dicit deterrimue, quasi detritur, hoc est cui aliquid de est ne bonum sit*, itaq; siue Ethimologia vt hic videtur, siue synonimum, siue verbi explicatio omnia appellat vertere.

72. Quod si quis adducat augeri virtutem aucta quantitate minui autem minuta ostendi hanc propositionem phisicis principijs contrariam, medicis vero illis innitentibus modo, aucta enim Rhabarbari, vel cuius medicamenti quantitate quis negabit soluendi virtutem augeri: præterea multo sanguine dempto non ne virtus minuetur, ab hoc tamen sentiente Deus ægrotantes liberet.

Immo contrarium videtur, quod corpus est paruum & virtus fortis.

73. Forte legit vel audiuit dicere aliqua exigua quantitate prædita maximas vires habere, sed quorsum, Arculanus enim sentit, immo Gal. & omnes medici (quibus subscribit experientia) corpora plethorica ad febres pestilentes, & ad quoscumq; morbos esse paratiora, quid enim repetam illud primi Hipp. *z* de habitu Atletharum, & celsi secundi, qui solito nitidiores sunt, ij suspecta sua bona habere debent, nec hoc potest negari, auctor vero monstrosi opusculi negat dicens, *quod corpus est paruum, & virtus fortis.* Hæc omnia dicit, quæ volenti ex professo errare, non occurrerent.

Z *1. aph. 3. & celsi.*

Et sic cum pestis sit potius qualitas, quam quantitas.

74. Quid potest dici æquale huic stupiditati, quasi sint aliquæ qualitates quæ sint quantitates, aut contra, non vero vnum quodq; sit genus per se primoq; distinctum.

Igitur si causa primitiua febrium tertianarum præter sanguinem manet etiam intra corpus.

75. 76. 77. Hic plures sunt errores, quam litteræ. Quorum euacuationi vix annus sufficeret imprimis quæ sit causa primitiua ignorat, patet quia asserit manere primitiuam intra corpus, nonne dolendus est hic medicus Canus, primitiuæ causæ sunt omnia quæ in corpus imprimunt, *a* extra corporis substantiam existentia sicut sunt sex genera rerum non naturalium, & reliqua quæ non necessario alterant. 2. quia primitiuam pro antecedente accepit, vtramq; tamẽ descripsit distinxit q; idem dicens, *b* eas igitur quæ in animali ipso consistunt siue affectus sint siue motiones præter naturã, causas nominant morbum præcedentes, quæ vero extrinsecus adueniunt si vehementer alterant, immutantq; corpora, eas interim procatarchontas, interim procatarcticas causas appellant. 3. dato quod volebat, & nesciuit internam esse antecedentem, antecedes non nocet nisi media coniuncta, vel vt melius hic, facta coniuncta quæ post accessionem euanescit; ergo nec contrahere periculum potest suo modo. 4. turpissime dicit manere intra corpus, ac si quæstio esset an maneat intra, vel extra corpus causa antecedens, vel in intermittentibus sit extra corpus, in continuis intra, dubium est an putrescat intra venas, vel extra, nõ intra corpus.

A *Zartri med. c. 2.*

B *lib. de morb. caus. c. 2.*

Ioubertus vult quod non minus a putredine maligna quam ab inflammatione interna assidua febris.

78. Quam Gal. auctoritatem pro *c* lapide Angulari adduxi, typisq; mandaui nondum vidit, esse q; placito Iouberti asseuerat, dicitq; in ea falli grauissimum virum, itaq; nescius ex Gal. aduersus Gal. arguit, credens ferri in Ioubertum.

C *4. aph. 43.*

79. *Igitur in quolibet affectu tam interno quam externo vna & eadem erit delatio.*

D Hic (proh dolor) corporis humani fabricam, diuinum opus, quam noster Gal. & si Gentilis miratur, encomijsq; multis extollit in libris de vtilitate partium, quarum ratione nonulli vnum hominem, plures esse homines dixerunt, meo iuditio lædit dum veluti saccum illam considerat, hisce igitur verbis triplicẽ corporis regionẽ e medio tollit, methodũ & remedia & omnẽ medicinam obscurat.

4. Saniti c. 2. & frequenter.

Sunt morbi vehementissimi cum ex aliquo corporis membro forti exorti sunt.

Quid tum *d* postea? febres intermittentes ex loco putredinis exortæ sunt qui tunc non est fortis immo debilis, recipit enim, vel congerit excrementa ex alijs partibus transmissa. 80. E

Nostram tertianam sit calidissimam & superlatiue aridissimam vt ratione subtilitatis magis furiat.

Humores turgentes vult in tertiana, vt medijs mutationibus videlicet tertianæ in febrem ardentem, ardentis in illam, in qua humores turgent, turgentium humorum in venenosorum & pestilentium, scopum attingat. 1. tamen turgentes non sunt pestilentes, quia fere semper pellit natura ad partem destinatam. 3 turgere non ratione subtilitatis, nam sic frequenter turgentia accideret, at Hipp. *f.* plurima vero non turgent, 3 idem cum *g* Gal. ad quantitatem ampliat, namq; hic ait contingunt q; hæc ex rationem bis affectionibus quæ ex copia, vel qualitate fiunt prauorum humorum in aliam alias partem interdum quidem in principem, interdum vero non principem transmigrantium. 4. doctissimus *h* Mena sanguinem turgere ait, non ergo ob subtilitatem turgent, vel furiunt biliosi, nec soli. *2. de nat. humana.* 81. 82. 83. 84 F *2. aph. 22.* G *1. Prorrhet. conc. 12.* H

Quia vno simili addito magis simile augmentatur, & furescit.

Licet addat calori tertianæ turgentiam, quod implicare ostendi ostendamq; iterum, non erit pestilens tertiana, si addat aliquid maligni, quod phlegmones vicem gerat, erit continua vt sepius dixi. *Quos quādo & q. c. 12 & alij.*

Restat modo aliquas positiones pro nobis firmare. 85. I

Positiones sunt principia quę ad fores *i* scientiarum proponuntur, quas discipulum præ habere oportet, quæ etiam in principio tractationum debebant poni in fine enim conclusiones, sed nihil mirum cum enim istæ sint veritati oppositiones hic ponantur, vt omnia sint vice versa. *Vt in medicina contraria contrarijs &c.*

Imprimis enim causa continuæ febris non est continei delatio fuliginum cor. 86. 87. 88. 89

Hæc non est positio, sed propositio quinta conclusionum, quam falsissimam satis superq; ostendi quibus in febribus haberet locum aperui, deniq; huic contraria potest dici positio, proindeq; ad probationes descendam, 1. motus fuliginum non dicitur motus nostri corporis, febricitans enim si illi liceret, ab hoc motu se abstineret. 2. quia est motus in nobis continuus, scilicet cordis. 3. quia in delatione non sunt motus contrarij motus enim contrarij sunt exemplum mutatio inter ens, & non ens, alteratio inter contrarias qualitates, augmentatio & diminutio inter perfectam & imperfectam magnitudinem. K. Argumentum est huiusmodi, nullus motus qui est ab opposito in oppositum potest esse perpetuo continuus, omnis motus præter circularem sunt ab opposito in oppositum, nullus igitur continuus perpetuus esse potest, ex hoc patet quod superius promissi, ex motu cœli arguere ad motum fuliginum. 3. quid prohibet motum corporū esse continunm vt in iter agentibus non ne & si per vnam sit horam erit continuus quiuis. K *Tol. in ar. 8. phis. c. 7. tx. 72.*

Alias non perciperemus ita rigorit in continuis vt in intermitentibus. 90. 91.

Continuæ possunt incipere cum paruo *l* rigore, at tertianæ in principio magnus est rigor. 2. Gal. signa continuæ enumerans ait *m* ex eo dignosces quod nullum eis adest signum quæ intermittentibus ad esse oportere diximus, sed oportet adesse intermittentibus, ergo non percipimus rigores in continuis sicut in intermittentibus. L *1. ad Glau. c. 5.*

Sic etiam multæ februm differentiæ secundum diuersas formas. M *c. 8.*

Hæc est 8. propositio quam obliuioni mandauit dans tertianam malignam & pestilentem, sed de illa iam dictum est vero. Ille modo ait, modo negat, vt est in prouerbio. 92.

Vel ipse calor addetur, vel conseruabitur.

1. Ex his verbis se ignorare febres synochos, vel continentes *n* fatetur, quando autem dicat id dixisse disputationis gratia, decrescentem obliuioni mandauit, manifestum omnia artis præcepta negare, & subuertere. 93. N *9. Meth.*

Et ita erit dare quod febres continuæ per talam continuationem fulignum sic procedant in infinitum. 94 95.

Continua delatio fuliginum de qua Gal. est ad 4. l. 7. 2. nonne ipse ex Hipp. acutorum terminum. 14. adduxit, continuum enim in morbis non est sicut motus cœli, perpetuum sed respectu intermittentis, vel ad differentiam dicitur continuum.

Non nescesse est continuetur in suo periculo febris satist in sua praua qualitate &c. si posset cōtinuari in praua qualitate, pesset etiam in periculo. 1. 2. *ephemera pestilens ad continuam est reducendr.* 96.

Humanarum partium ordinem sic statuimus, tennissima pars totius est spiritus.

Ar *o* partes similares definit quæ in particulas sibi similes diuiduntur, vt caro in carnem Gal. sic quarū omnes particulæ tum inter se, tum toti sunt similes *p* instrumentalis vero pars appellatur quæ perfectam edere operationem potest veluti occulus visionem, hæc est corporis humani secundum philosophos & medicos diuisio. 2. logici corpus humanum in partes essentiales diuidunt videlicet materiam & formam, dicunt q; hominis alia pars Anima, alia pars corpus: & in partes integrantes sic q; dicitur corporis humani alia pars caput alia brachia. 97. 98. O *1. de hist. A. & 2. de port. A. 8. de placitis. c. 4*

Omnis fumosæ fuliginis ex pers.

Si ita eredit esse quod in accesione nullæ sunt fuligines, quomodo iam vult non deficere fuligines ad cor in tertiana. P *1. meth. c. 6. & vbiq;.*

Quæstio illa cum marte tam belligerata.

Non sileutio digna hæc phrasis licet ad finem scribatur quod volens laudare medicum Martem appellet nimirum vt est elegans si vellet ex tollere fortem, Appollinem aut æsculapiū esse diceret sed omnia præ postera vt statim dico, sciat tamen potius lædere quam laudare illis verbis ex omni enim philosophia animalia habentia, crassum sanguinem fortissima, hebetia tamen, at tenuem & frigidum habentia non fortia, 99 100. *Plinius & omnes.*

ſed magis diſciplinabilia & vt ita dicam ingenioſa, ſic & homo cum animal ſit (ſi corporis temperamenta *lib. quod animi mores.* inclinant mores vt Gal.) qui fortis non eſt ad litteras aptus, atqui valetudinarius aptior, hoſq; medicos Plato multis obnoxios morbis pluris facit (quod Hippocrati noſtro non placet) ob quem nimirum quia *lib de medico* ab eo multa Plato accepit, Medici ſufficientiſsimi quidem euaderent ſi ab ineunte ætate vltra diſcendæ artis ſtudium inter plurimos corpore male affectos conuerſarentur, ipſiq; omni morborum genere laborarent naturaq; imbecilla eſſent, neq; enim corpus vt arbitror corpore curant, impoſsibile namq; eſſet ipſa quandoq; mala vel fuiſſe, vel eſſe ſed anima corpus curat.

Q *Ecclogæ.1.* Tandem vt omnia inuerſa ſint, intemeratæ Virginis laudes aliter a omnes reddit, dum dicat, *& eius Virgini ſemper matri*, indictione illa ſemper nec punctum nec coma eſt, & ſi eſſet, Poetæ ſemper poſt ponũt nomen ſic Maro. q

Ille namq; erit mihi ſemper Deus, illius aram.
ſepe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Et hymnus Eccleſiæ,

Aue Maris ſtella.
Dei Mater Alma,
atq; ſemper Virgo.

Quin & grammatici ſic variant, ſemper Virgo ſemper Virginis, propter cadentiam a qua caſus dicuntur qui ergo latinam linguam non didiſcit nedicam grammaticam, arteſq; liberales eo modo quo doctiſsi- R *In proemio logicæ.* mus r Soto e Seneca ſcribit, non nouit, dicens artes liberales catenus vtiles ſunt, ſi ingenium nõ detineãt tam diu illis immorandum eſt, quam diu nihil poteſt animus agere maius, vnde quantum proſunt per ipſas tranſeuntibus nocent circa ipſa immorantibus. Quiq; curriculis abſolutis Hippocraté Gal. reliquoſq; auctores diurna nocturnaq; manu non verſat, in publicum exire ex paueſcat cereas enim habet alas & ſi voluerit Appollinis currum regere, hoc eſt res medicas ad ſuas cauſas primaq; principia reducere, Phaetõ ſilli magna petenti ſimilis erit.

¶ Con licencia, en Seuilla, en caſa de Clemente Hidalgo, en el conuento de ſan Franciſco.
Año de 1600.